

vt *c' est* pro *ce est* est; Item ante verbum auxiliare in concessiuâ responsione *çauoit mon* ita erat, pro *ce auoit mon*.

E foemininum finale per Apostrophum, seu potius per synopen eliditur antè Consonantem: vt *grand' peur* pro *grande peur* magnus timor, *grand' femme* magna foemina, *Dieu vous gard'* Deus vos conseruet, *ie vous pri* precor vos, *ie vous suppli* idem, *bonn' nuit* bona nox, *sauu' vostre grace* saluâ gratiâ, pro *sauue vostre grace*. Scribunt etiam Poëtæ *ell'* pro *elle* illa, *a-vous* pro *avez vous?* habetisne? *çavons* pro *çavez vous?* scitis ne? dicitur etiam *ie donary* pro *ie donneray* dabo, *ie beuray* bibam pro *ie beuueray*, *ie mourray* moriar pro *ie mourreray* &c.

Ei seu Ey diphthongus vix sono differt cum Ay, & effertur vt nostrum E Gallicum: vt

<i>Veine</i>	Vena.	<i>Vaine</i>	Vana.
<i>Reyne</i>	Regina.	<i>Rayne</i>	Rana.
<i>Seine</i>	Sequana.	<i>Saine</i>	Sana.

ad scripturam attende, ne mutes significationem.

Sicut post *A* ita post *E* ante *ll* duplex vel *l* simplex finale, i seruat pronunciationem supradictam & liquefacit *l* secundum, vt dictum est supra in litera *A* In *treize* ttedecim *ei* diphthongus vt e Gallicum sonat, quasi sic scriberetur *traize*.

*Eu* non differt sono cum diphthongo latinâ, qui sonus mixtus est & compositus ex *e* & *u*, & quemadmodum latinè *Eurus*, sic Gallicè *heure* hora, *beur* foelicitas, *fleur* flos efferuntur cum similibus.

In præteritis verborum vt *V* simplex pronunciat; *i' ay* *veu*, vidi, *i' ay receu* recepi, *i' ay eu* habui, *i' ay peu* potui: quæ sic efferes *i' aysu*, *i' ayvu*, *i' ayressu*, &c. *Peu* quando significat parum mixtum sonum retinet.

## F.

**F** In initio dictionis pressius & vehementiori sono pronunciant Galli quam Germani, qui illud cum *v* Consonante confundunt. Ex sequentibus exemplis distinctio cognoscatur.

*Fin*